

Cambridge University Press

978-1-108-04297-0 - Giraldi Cambrensis Opera: Vita S. Remigii, et Vita S. Hugonis: Volume 7

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

---

**GIRALDI CAMBRENSIS**

**VITA S. REMIGII.**

**VOL. VII.**

**A**

Cambridge University Press

978-1-108-04297-0 - Giraldi Cambrensis Opera: Vita S. Remigii, et Vita S. Hugonis: Volume 7

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04297-0 - Giraldi Cambrensis Opera: Vita S. Remigii, et Vita S. Hugonis: Volume 7

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

## VITA S. REMIGII.

PRÆFATIO ; DONUM<sup>1</sup> DECLARANS, ET P. 9 of MS.  
GRATIAM COMPARANS.

REVERENDO patri et domino, S. Dei gratia Cantuari-  
ensi archiepiscopo, totius Angliæ primati, et sanctæ  
Romanæ ecclesiæ cardinali, G. de Barri dictus, archi-  
diaconus<sup>2</sup> Sancti David, cum salutatione devota et salute  
perpetua libellum suum. Dedication  
to Stephen  
Langton,  
archbishop  
of Canter-  
bury.

Volumen hoc bipartitum, duorum quippe virorum  
illustrium vitas, exemplo præclaras et memoratu dig-  
nissimas, principaliter et præcipue complectens, vestræ  
celsitudini destinare curavi ; quanquam tantæ majestati,  
triplicique<sup>3</sup> per Dei gratiam in una persona dignitati  
munus indignum, digno tamen cui digna donentur  
præsentatum. In quo quidem luculentissimas unius  
ecclesiæ lampades duas, nubilos hos dies et finalia  
mundi tempora caliginosa lumine suæ claritatis irra-  
diantes, cum ceteris quibusdam non incompetenter aut  
inutiliter adjectis, non absque admiratione pariter et  
This  
volume in  
two parts,  
containing  
the Lives of  
Remigius  
and Hugh.

<sup>1</sup> *donum . . . comparans*] This is omitted by Wharton, who has only "Præfatio," above which he has the heading, "Giraldi Cambrensis Liber de vitis episcoporum Lincolniensium," of which there is nothing in the MS.

<sup>2</sup> *archidiaconus, &c.*] Giraldus still gives himself this title, though he had resigned the archdeaconry to

his nephew some ten years before this preface was written, in December 1203, or soon after. See vol. iii. 325.

<sup>3</sup> *triplicique, &c.*] I suppose this means that Langton was archbishop of Canterbury, primate of all England, and cardinal of the holy Roman church. This was his address in official documents.

exultatione, necnon et laudabili zelo caritatis, ac sanctitatis æmulatione considerare poteritis.

10. Reperietis hic etenim, inter Lincolniensis ecclesiæ lilia, duo niveo nitore fulgentia; quorum tamen annis aliquot præcessit et præfloruit unum, nec emarcuit; alterum autem, haud dissimiliter perpeti candore conspicuum, suo in tempore subsecutum: rosam in medio Cantuariensem, quasi pictura decenti purpureo colore qui marcescere nequit rubricatam, dignis quoque laudum præconiis brevi quidem eloquio sed dilucido venustatam.

Also, in three pairs, accounts of the more praiseworthy bishops of the time.

Invenietis et hic episcoporum Angliæ, præcipua nostris diebus laude dignorum, copulam tergemina. Ubi et reperire poteritis, si tamen lectioni interdum vacare volueritis aut valueritis, quæ animo vestro, quanquam admissa et quasi currenti ac ferventi, calcar adjungant, imitabilia nonnulla et laudabilia.

11. Nam, sicut in legenda quadam ecclesiastica de sanctis legi solet, Qui sanctorum merita religiosa caritate miratur, quique justorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atque virtutes imitetur; quoniam quem delectat alicujus sancti meritum, delectabile est ei proculdubio et imitabile par circa cultum Dei obsequium. Nec enim difficile est nobis quod ab ipsis geritur imitari, cum sine præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspiciamus, ut non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ virtutis seipsos nobis præberent exemplum; quatinus dum nos ex ipsis, et ex nobis alii proficiant, sic Christus in suis semper electorum numero, restauretur.

Præsertim autem illis hoc perfacile est et perspicuum, quos viam virtutis ac vitæ feliciter ingressos, et victoriosum pro Christi ecclesia contra seculares nequitias jam constat certamen aggressos.

Ad cujus etiam appetitum<sup>1</sup> mentem bene institutam,

<sup>1</sup> *etiam appetitum*] So the MS.; appetitum etiam, Wharton.

et tam naturæ quam industriæ donis ac dotibus informatam, plurimum invitare debent non solum præmia patriæ, verum etiam <sup>1</sup> laus et gloria grandis hinc proculdubio proventura, dum tamen non hæc affectentur, vitæ scilicet istius ac viæ. Gloria namque virtutes ac virtuosos tanquam umbra sequitur vel invitos; et appetitores sui deserens, laus secularis, et popularis applausus, diligit et appetit contemptores; mirumque in modum res dum desideratur amittitur, eademque dum vitatur acquiritur. Vere itaque,

“ Laus umbræ similis, quam non fugiendo fugabis;  
 “ Si fugis, en sequitur; fugit aspernata sequentem.”

Pretium igitur est mihi laboris et præmium, si libellum vobis exaratum saltem semel oculo vel aure percurratis, et postmodum eundem venerabili Lincolniensi episcopo Hugoni secundo, filioque vestro primogenito, et hactenus etiam <sup>2</sup> unigenito, ad tempus interdum precario concedatis; quatinus lectione refocillatus plurimum et delectatus, præter egregiam Remigii vitam imitatione dignissimam, Hugonem primum subsequens Hugo <sup>3</sup> sequatur, et virtutem ac vitæ sanctitatem, quas in ipso fuisse perpenderit, totis in se desideriis amplectatur; quatinus ejusdem sicut nominis et dignitatis, sic et ominis ac felicitatis valeat successor haberi. Idem consideret ibidem decessores suos, cum titulis et descriptionibus suis, fere cunctos, quia <sup>4</sup> præter ultimum solum <sup>5</sup> per ordinem omnes; in quibus, tanquam speculo quodam perlucido, quæ sibi imitanda fuerint evidenter attendere poterit, et quæ vitanda.

This volume to be lent to Hugh de Wells, bishop of Lincoln, the only 12. bishop as yet consecrated by Langton.

<sup>1</sup> *etiam*] MS.; et, Wharton.

<sup>2</sup> *etiam*] Omitted in Wharton. The “unigenitus,” applied to Hugh de Wells, proves that this dedication to archbishop Langton was written before October 5, 1214, when he consecrated Walter de Grey to

Worcester, and Simon de Apulia to Exeter.

<sup>3</sup> *subsequens Hugo*] MS.; Hugo subsequens, Wharton.

<sup>4</sup> *quia*] Omitted in Wharton.

<sup>5</sup> *ultimum solum*] *i.e.* William de Blois, bishop of Lincoln 1203–1206.

The author hopes that Hugh de Wells will exert himself to procure the canonization of Remigius and Hugh.

13. Non igitur aliam ab ipso vel alio laboris hujus vel expeto vel exspecto remunerationem, nisi quod, duplicato beneficio, unico tamen ad curiam labore complendo, sed multiplici quidem et non unica mercede retribuendo, beatum Remigium, nobilem Lincolnensem antistitem primum, simul cum Hugone primo, opere quidem et opera laudatissimis, Romæ canonici sategat, Lincolnæque transferri; quatinus qui magni meritis et gratia suis ambo temporibus, et propemodum in eadem ecclesia præsidendo pares extiterant, magno simul in terris, dignoque, parique donentur honore.

Remigius removed the see to Lincoln, and annexed Lindsey to his diocese.

Lindsey comprised between the rivers Humber and Witham.

Magnam quippe beato Remigio, præter merita ipsius maxima, et caritatis opera quibus affluebat pene incomparabilia, sicut præsens ejusdem legenda declarat, gratiam et gloriam adjicere debet, quod sedem suam cathedralem a loco nimis incongruo et obscuro ad urbem præclaram et locum competentem, scilicet Lincolniam, transferre curavit; necnon et hoc quoque, quod Lindeseiam totam, ab Humbro marino usque Withemam fluvium, qui Lincolniam permeat et penetrat, per tanta terrarum spatia, contra adversarium tantum tamque potentem, metropolitanum scilicet Eboracensem, innata quippe prudentia præditus, et gratia quoque desuper et divinitus adjutus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur et prosperantur in bonum, tam provinciæ Cantuariensi quam etiam<sup>1</sup> diocesi Lincolnensi stabiliter atque potenter adjecit.

14. A third precious

Honorem igitur ab ecclesia recipiat et in ecclesia, quam tanto tamque decenti beare decrevit honore; quatinus et eadem, tanquam gemina columna in altum erecta, gaudeat et exultet fideliter ac firmiter esse subnixa; duplicique thesauro simul ac semel feliciter effosso, et in auras<sup>2</sup> publicas atque in commune deducto, Lincolnia lætetur et ditetur; tertiumque thesaurum pretiosissimum, suo similiter in tempore subli-

<sup>1</sup> *etiam*] MS. ; et, Wharton.| <sup>2</sup> *auras*] MS. ; aures, Wharton.

Cambridge University Press

978-1-108-04297-0 - Giralaldi Cambrensis Opera: Vita S. Remigii, et Vita S. Hugonis: Volume 7

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

## PRÆFATIO.

7

mandum, brevique dierum spatio, propitiante Domino, speret et expectet exaltandum; purpuream scilicet puniceamque Cantuariæ gemmam incomparabilem, non quidem sub modio ponendam, aut in occulto diutius dimittendam, sed, ut pulchrius elucescat, exponendam potius et extollendam.

treasure,  
viz., St.  
Thomas of  
Canter-  
bury, to be  
soon trans-  
lated.

Cujus splendore non Anglia solum, et Britannia tota, verum etiam<sup>1</sup> orbis fidelium climata cuncta, quasi sole quodam, nubibus et nebulis expulsis, recenter emerso et serenius irradiato, signis quoque repullulantibus, et virtutibus crebris renovatis, undique gaudiis illustrata clarescent, et lætabundis vocibus ac votis in laudum præconia communiter et confidenter exsurgent.

Hoc igitur ordine tractando processimus. Præmissimus utrique legendæ capitula primum, et postea procemium. Quatinus ex ipsis quasi luminaribus, quibusdam commode præmissis, cuncta sequentia clarius enitescant, et lectoris animo longe evidentius atque efficacius singula per partes congruas et distinctiones innotescant.

Plan of  
this work.

Valeat in Domino dominus meus.

---

<sup>1</sup> *etiam*] MS. ; et, Wharton.

Cambridge University Press

978-1-108-04297-0 - Giraldi Cambrensis Opera: Vita S. Remigii, et Vita S. Hugonis: Volume 7

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)[PRÆFATIO<sup>1</sup> IN VITAM SANCTI REMIGII LINCOLNIENSIS EPISCOPI.]

Two especial reasons for writing the Life of Remigius. Beati Remigii, non Remensis sed Lincolnensis, acta describere, me præcipue duo dedere; inter mundi divitias et dignitates spontanea spiritus humilitas et paupertas, et in hac mundi vespera, qua refrigescere caritas solet, fidei fervor inventus et devotionis.]

---

<sup>1</sup> This, for Giraldus, marvellously short and sensible preface, is not in the MS. of this treatise, but is given in the *Symbolum Electorum* (R. 7, 11, Trin. Coll. Cambridge). See vol. i. 395. It was the preface to his first edition of the treatise, as

written by him when at Lincoln, circa 1197 or 8. The foregoing preface, addressed to archbishop Langton, of course is not in this *Symbolum*, which was no doubt compiled years before Langton's accession to Canterbury.

---

CAPITULA <sup>1</sup> IN LEGENDAM BEATI REMIGII, 15.  
LINCOLNIENSIS EPISCOPI PRIMI.

- I.—De electione Remigii et consecratione; vitæque et morum ejusdem institutione.
- II.—Quod inter universas quibus emicuit virtutes, præcipue caritate præfulgebat.
- III.—Quod prædicationi jugiter insistendo,<sup>2</sup> enormes plebis excessus pontificaliter extirpavit.
- IV.—Quod episcopalem sedem Lincolniam usque transposuit; totamque diocesi suæ Lindeseiam adjecit.
- V.—Quod ecclesiam consecrare paratus, morte præventus occubuit.
- VI.—De miraculis. Et primo, de contracto ad tumbam viri sancti curato.
- VII.—De muliere, talos in tergo fixos habente, ibidem curata.
- VIII.—De adolescente, qui per annos quatuordecim contractus extiterat,<sup>3</sup> in integrum, data sanitate, restituito.
- IX.—De Judæa, muta et surda, sana ibidem effecta.
- X.—De corpore viri sancti, ad latus altaris sanctæ crucis aquilonare translato, et post triginta duos annos integro invento.
- XI.—De puella quadam, Alveva dicta, a nervorum contractione curata.

<sup>1</sup> *Capitula, &c.*] Instead of this, Wharton has the heading, "Summaria capitula Legendæ S. Remigii." And he places these Capitula first (*Anglia Sacra*, ii. 408), before the foregoing preface

to Langton, which begins on his page 410.

<sup>2</sup> *insistendo*] MS.; *innitendo*, Wharton.

<sup>3</sup> *extiterat*] MS.; *extiterit*, Wharton.

- XII.—De alia muliere, similiter<sup>1</sup> simili morbo curata.  
 XIII.—De surdo, ficique morbo graviter afflicto, hic curato.  
 XIV.—De muliere, a beato Thoma Cantuariensi huc transmissa, quæ visum suscepit.  
 16. XV.—De muliere, a dolore capitis decennali curata.  
 XVI.—De puero, claudo et contracto, ibidem erecto.  
 XVII.—De muliere, hydropica simul et paralytica, ad tumbam curata.  
 XVIII.—De phrenetico et dæmoniaco, sanitatem ibidem assecuto.  
 XIX.—De monacho, et presbytero, a febris vexatione curatis.  
 XX.—De puella contracta, poplitibus extensis ad tumbam erecta; et viro quodam, eodem ibi die visum recuperante.  
 XXI.—De successoribus ejusdem. Et primo de Roberto Bloeth.  
 XXII.—De Alexandro.  
 XXIII.—De Roberto de Cheineto, seu Querceto.  
 XXIV.—De electo Galfrido.  
 XXV.—De Waltero Constanciensi.  
 XXVI.—De Hugone Burgundiensi.  
 XXVII.—De episcopis Angliæ tergeminis. Et primo de Thoma Cantuariensi, et Henrico Winthoniensi.  
 XXVIII.—De Bartholomæo Exoniensi, et Rogero Wigorniensis.  
 XXIX.—De Baldewino Cisterciensi, et Hugone Carthusiensis.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> *similiter*] After this Wharton inserts "a."

<sup>2</sup> After the above table of headings of the chapters of the *Vita Remigii*, Wharton gives (p. 409), under the title, "Incipiunt secundæ distinctionis capitula," the head-

ings of the first eleven of the thirteen chapters of the second distinction of the *Vita S. Hugonis* infra; and then, under the title "Tertia Distinctio," the headings of the six chapters of the third distinction of the same treatise.